





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

1662.

- 1^o ₂ Covringius, Hermannus: De civitate nova. 2 Exempl.
- 2^o ₂ Covringius, Hermannus: De re nummaria in re publica.
quavis recte constituenda.
3. Lichelius, Johannes: De primo et secundo decreto
4. Lichelius, Johannes: De juramentis in genere, quam
in specie.
5. Glaeserus, Suoch: De simulatione
6. Glaeserus, Suoch: De jure in re . . .
7. Glaeserus, Suoch: De jure statuario
8. Hahnus, Huricus: De corpore delicti . . .
9. Hahnus, Huricus: De dispositionibus paren-
tum inter liberos.
10. Hahnus, Huricus: De ratificatione
- 11^o ₂ Hiltebrandus, Frachinus: De episcopis. 2 Exempl.
1700. 1745.

12. Lönneringius, Johannes Gustichius: Selectae quaedam
quaestiones
13. Volckmar, Henricus: De jure majestatis ecclesiasticae
14. Wornerus, Georgius: De juramentis in genere

12. Künig, Neues Verzeichnis der ...
...
...

13. Volkman, ...
...

14. Wernicke, ...
...



12421.

DISPUTATIO IURIDICA

SELECTAS QVAS

15

DAM QVÆSTIONES

CONTINENS

1662, 12

QVAM

Permissu Magnifici in Academia Julia

Jctorum Ordinis

PRAESIDE

IOHANNE GVILIELMO SÖM-

MERINGIO Erffurto-Thuringo

U. J. Candid.

Publica disquisitioni subjicit

JOHANNES MAURITIUS GUDENUS

Hassus, Respond.

*Habebitur die 5. Junii horis ante
meridianis*



HELMESTADII,

Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typ.


CIO IDC LXII.

DISPUTATIO IURIDICA
SELECTAS QVAESTIONES
DAM QVAESTIONES
CONTINENS

AVGVSTVS M. A. M.
Iuridice Magnifico in Academia Julia
Juris Doctoris Ordinis

PRÆSIDE
IOHANNIS GUILIELMO SÖMME
MERRINGIO Erfurto-Thuringo
U. J. Candido

IOHANNIS MAURITII GULDENUS
Hæc Respondeb.



HERMESTADIA
Typis Hennrichi Milleri Acad. Typ.
CIC 132 LXII





Q V A E S T I O I.

Ria potissimum in contractibus, veniunt considerata, nempe (1) contractus essentialia, (2) naturalia, (3) accidentalia. Circa hæc contrahentes pacta nonnunquam solent inire, quæ jure minimè improbantur *l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 72. ff. de contrah. empt.* hoc tamen moderamine, ne circa contractus essentialia pactum fiat sublativum, ut ita liceat loqui, quod totam scilicet essentiam contractus destruat, sed determinativum; in naturalibus verò utrumque pactum validum est, etiam quoad actionem, seu actionis informationem *d. l. 7. §. 5. ff. de pact.* modò in continenti contractui, sive bonæ fidei sive stricti juris adjectum fuerit; aliàs ex intervallo adjectum prodest reo quoad exceptionem, uti aliud quodvis nudum pactum. Queritur nunc, quia contrahentes ex prædictis habent potestatem legalem contractibus suis legem dicere vel pacta adjicere, an pacisci possint, ut creditor, nisi debitor præfinito tempore solvat, valeat irrequisito Magistratu, propriâ autoritate possessionem rei hypothecæ loco datæ occupare? Ad hanc quæstionem prout proposita est, respondeo simpliciter, quod non; cujus assertionis uti non est una, ita hæc potissimum ratio, ne id permittatur privatis tumultus & seditionis evitandæ causa quod publicè à magistratu expediri potest. Quum enim per ejusmodi privatâ occupationem, quæ vix sine violentia fieri & potest & solet, facile ex-



cile excitari possit tumultus, qui si concursu & auxilio vicinorum augeatur, Remp. in haud exiguum periculum adducere posset, saluberrimè juxta & prudentissimè constitutum est id, quod à Magistratu ullo modo fieri possit, privatis neutiquàm esse permittendum. *l. 176. ff. de R. I.* Quæ ratione nec mulier rem dotalem, licet sit domina, propriâ authoritate soluto matrimonio habet occupandi facultatem *l. 9. C. solut. marr.* deinde ejusmodi occupatio sapit executionem quæ est mixti Imperij, cui per privatorum pacta nihil derogari potest. *arg. l. 38. ff. de pact.* Obstat *l. 55. ff. de furt. licet. 2. C. si serv. exp. veneat. l. 12. de Episc. & Cler. l. penult. C. de pign. act.* ad quas leges in discursu quærenti dabo responsionem. Ne tamen omni destituatur effectu tale pactum & frustra videatur adjectum, puto cum Dd. paratam operari executionem citra processum ordinarium, præsuppositis tamen præsupponendis, quod dubio procul Imp. Sever. & Antoninus in *l. 3. C. de pignorib. & hypoth.* innuere voluerunt *vid. Besold. thesaur. pract. verb. mit oder ohne Recht ibique citantem Hering. de fidejus. c. 25. n. 115. & seqq. Math. Coler. de process. execut. p. 1. c. 5.*

II.

Ususfructum consistere in ijs rebus, quarum aliquis est usus, salvâ substantiâ manente, patet *ex Inst. de Usufr.* qua ratione excluduntur res, quarum usus nullus est, nisi in abusu h. e. in earum consumptione, quales sunt vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata &c. Verum cum sæpe accideret, ut testatores omnium rerum suarum, inter quas etiam erant res consumptibiles, ususfructum alicui per testamentum relinquerent, eveniebat, ut testatores pro parte testatò & pro parte intestatò decederent, contra juris civilis regulam *l. 7. ff. de R. I.*
ideò

ideò ne hoc fieret, necessum erat, voluntates ultimas in
totum irritas reddere. Huic incommodo pravenire
voluit Scto introducendo, contra veri usufructus na-
turam, quasi usumfructum; sed quia hujus qsi usufr.
causa impulsiva sine omni contradictione fuit conserva-
tio ultimarum voluntatum, nihil tamen de eo, an etiam
talis conventio inter vivos constitui queat in jure ex-
pressum; hinc seges altercatonis inter Dd. orta est. Re-
perio autem in utramque partem maximos Jctos, ita
ut ferè erubescam huic me immiscere quæstioni, quæ
magis disputabilis, quam in foro utilis est. Enim verò
cum non elato refutandi animo, quem non minus quam
ejus authorem per vitæ tempus odio habui, hanc susce-
perim quæstionē, sed ut mentē dubiam resolverem, ideo
hæresin nullam me commissurum, sed magis veniam im-
petraturum confido, si aliquibus meo ingenio verio-
rem sententiam tenentibus astipuler, ab alteris autem
minus probabilem sententiam propugnantibus divorti-
um faciam. Stet interim cujusque sententia inconcus-
sa. Sic igitur quæstionem formo: utrum quasi usufr-
fructus, pro ut nunc est introductus, possit conventio-
ne inter vivos constitui. Non verò quæstio formanda
est; an quasi usufructus, antequam caperit talis esse vel
ex Scto originem traxerit, conventio inter vivos con-
stitui queat? nam si hoc modo quæretur, lis inter Dd. nul-
la est, quia ambabus facile concedent, eo tempore con-
ventione inter vivos quasi usumfr. utpote nondum in-
troducendum, constitui nequivisse. Negativam prioris
quæstionis amplectuntur magni nominis viri, quos con-
sultò prætereo, ijs potissimum rationibus moti, quod
(1) hic quasi usufructus contra naturam veri usufru-
ctus ob singularem rationem, quæ est conservatio ul-
marum

marum voluntatum, fuerit introductus, ideoque ad conventionem inter vivos extendendus non sit. (2) quod in jure non de conventionem inter vivos sed tantum heredis atque legatarij mentio fiat (3) quod viventium conventionem alij contractus celebrari possint. Contrariam vero sententiam affirmativam non inferioris nominis, sed acutissimi foveat J.Cti, inter quos est *Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 16. th. 2. lit. I.* ejusque discipulus *Suzholt. Dissert. 5. aphor. 39. Vinnius ad §. 2. n. 3. Inst. h. 1. Magnificus noster Hahn. vir ingeniosissimus, preceptor perpetim colendus in Observ. ad Vvesenb. h. 1. cujus vestigia merito premo.* Rationem hujus sententiae affirmativae ipsam esse utilitatem puto, quae est, ut hominum conventiones sint validae quocumque modo ineantur *l. 21. C. mandat.* dummodo lex prohibitiva non offendatur; conventionem vero inter vivos quae usufructu constitutus non offenditur lex prohibitiva, quia talis in toto jure non extat. Ad contraria ordine respondebo, & quidem ad (1) quod conservatio ultimarum voluntatum fuerit causa impulsiva, quare cessante causa impulsiva sc. conservatio ultimarum voluntatum, ut conventionem inter vivos de usufructu constituendo, nec tamen ad nihilum redigi statim actum seu contractum *Vvesenb. de nupt. n. 8. ubi glossam in l. 1. verb. causam, de postuland. & Tiraquel. citat.* Deinde patet hoc ex Scto Maced. cujus introductionis causam impulsivam fuisse uno ore omnes ferè Dd. fatentur, Macedonem faeneratorem, licet deinceps filiusfam. cessante causa impulsiva, ab alio non faeneratore pecuniam mutuam sumserit, nihilo magis contra conventionem & naturalem obligationem, ceteris tamen paribus, obligatur. Quod pluribus si charta caperet, ostendi posset. Ad (2) respondeo, quod haec ratio nullum habeat pondus, propterea, quod testamen-

mentum & legatum primus modus quasi usumfr. intro-
ducendi fuerit, non tamen eo ipso negatur cum primi
modi qf. usumfruct. introducendi mentio fit, per con-
ventionem inter vivos talem constitui posse. Ad (3)
respondeo, quod quidem fatendum illud sit, interim ta-
men utile esse multas habere vias, quibus possum ad rem
venire, præsertim si talis via, quam amplector, non ex-
pressè legibus fuerit prohibita, ut est nostra, patet hoc
ex *l. i. C. comm. de legat.* qua lege constat multas compe-
tere actiones legatario pro consequendo legato, quod
desuper non infrequens est in jure nostro, pro una re
consequenda multa competere remedia. Rectè igitur *Ba-
chov. ad Trentl. d. vol. 1. diff. 16. th. 2. lit. I.* dicit: Si conventio
hæc; ut aliquis pecunia alterius quamdiu vivit sub lege
tantundem restituendi utatur, jure donationis vel mu-
tui æstimari non potest, & ea tamen jure valida est, jus
ex ea quæsitum, non nisi quasi ususfructus appellatione
poterit venire. Huic objiciunt, quod eo modo mutu-
um cum tali pacto adjecto contrahatur, vel contrahi
possit. Verum hæc objectio non stringit. Ponamus, u-
ri etiam nemo inficias ibit, hanc conventionem esse fir-
mam; si igitur non erit qf. ususfructus, ergone erit mu-
uum? quasi contra principia actionum humanarum, se-
cundum quæ actus, qui geritur, non potest contrarium
fortiri effectum, aliud agi aliud contra mentem contra-
hentium effici posset. & contra *express. l. 55. ff. de O. & A.*
Si itaque non erit mutuum, quod nemo contra prædi-
ctas rationes dixerit, & tamen conventio valida est, a-
mabo ad quod negotium mihi hanc conventionem re-
feres? Ad nullum aliud negotium quam quod gestum
est ex iisdem rationibus; nisi simpliciter negare velis fir-
mam esse hanc conventionem, quod non spero. Diffe-
runt

runt deinde quod quasi usufructus sit servitus persona-
lis, non vero mutuum, quod nec per pactum talis effici
potest; Si igitur contrahentes volunt contractum mu-
tui cum certo pacto adiecto inire, ineunt, sin quasi u-
sufuctum, tum constituunt servitutem personalem,

III.

Usucapio est modus jure civili acquirendi rerum
dominia. Ut autem procedat ista, requiritur præter a-
lia, rei possessio *reg. 3. jur. Can. in 6.* & bona fides *reg. 2. jur.
Can. in 6.* Verum cum res incorporales possideri nequi-
rent, earum rerum quoque nulla erat usucapio jure Di-
gest. *l. 14. ff. de servitut. l. 44. §. 5. ff. de usurpat. & usucap.*
post verò ceperunt res incorporales quasi possideri &
usucapi, ex Const. Justin. *in l. ult. in fin. C. de prescript. long.
temp.* An verò in servitutibus usucapiendis vel præscri-
bendis omnia illa requiratur quæ necessaria sunt in alijs
corporalibus rebus præscribendis, ut justus titulus, &c.
Dd. non conveniunt, communis tamen sententia est in
præscribendis servitutibus titulum non requiri, propte-
rea quod (1) scientia & patientia domini sit loco tradi-
tionis *l. 2. C. de serv. & aq.* (2) quod *Vlpian. in l. 10. ff. de
serv. vind.* dicat: non necesse esse docere quo jure aqua
sit constituta, sed satis esse, se per tot annos usum esse
non vi, non clam, non precario. (3) quod idem *Vlpian.
in l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. plur. arcend.* dicat: qui diu usus
est servitute neque vi, neque precario, neque clam ha-
buisse longa consuetudine vel ex jure impositam servi-
tutem videatur. Contrariam verò sententiam quod ti-
tulus & bona fides requiratur longe veriore esse pro-
pugnabo. Et quidem (1) per textus generales *l. 24. C. de
R. V. c. 5. & fin. X. de prescript. reg. 2. in 6.* (2) per textus spe-
ciales *l. fin. in fin. C. de prescript. long. temp.* ubi expresse di-
citur:

citur: in usufructu & in ceteris servitutibus requiritur bonum initium; bono autem initio servitutum is non habet qui destitutus est justo titulo. Ad quam legem respondent, quod non intelligenda sit ac si præcise requireretur titulus, sed quod hoc casu is intervenerit; verum metuo ne quaestio status in ea lege hoc modo intervertatur, non enim habetur quaestio facti sed juris in ea lege, quare, utpote specie facti Imperatori *in d. l. nulla oblata*, nec potuerit in ea titulus intervenire. deinde *per l. 1. §. 6. ff. de itin. act. uque priv. l. fin. eod.* quibus expresse dicitur: quod ille qui frequenter usus est servitute sed non jure nihil juris acquirat, quò interdicto adversus prohibentem uti queat. Ad obstant. text. respondebo, ubi opus est, in conflictu.

IV.

Difficilis atque inextricabilis ferè quaestio est, quam etiam habita instituti ratione jam plene excutere non possum, de fructibus naturalibus, an isti b. f. possessori cedant, nec ne? Variè Dd dissentiunt & negant plerique, inter quos est *Donellus 4. Comment. c. 25.* qui movetur (1) per verba §. 35. *Inst. de R. D. fructus quos percipit ejus esse pro cultura & cura.* ergò à contrario sensu, in quos culturam & curam non exhibuit, ejus non esse. (2) *per l. 48. §. 5. ff. de furti.* ubi dicitur partus ancillæ usucapi à b. f. possessore, quod signum est non esse ipsius, quia alias non opus haberet usucapione. (3) *per l. 45. ff. de usur.* quæ vehementer stringit, ubi fructus nati ex facto possessoris dicuntur ejus fieri, non etiam sua sponte provenientes, sicuti nec cujuslibet b. f. possessoris vid. *Pinell. ad l. 2. C. de resc. vend. p. 2. c. 4. n. 59.* quem sequitur *Fachinaeus.* Circa duo priora nulla est difficultas, maxima autem circa ultimi-

B

mum

mum, quod examinare mihi nunc integrum non est. Ego contrariam sententiam, quod fructus naturales cedant b. f. possessori, veriore esse existimo, adhibita tamen aliqua distinctione, & quidem *per text. clar. in l. 48. in pr. ff. de A. R. D.* ubi dicitur: *fructus non tantum eos, qui diligentia & opera ejus provenerunt, sed omnes.* & ratio subjungitur: *quia loco domini panè est.* quæ ratio repetitur *in l. 25. §. 1. ff. de usur. vers. porro. vid. Covarr. 1. var. resolut. c. 3. n. 6.*

V.

In Regnis $\kappa\tau\iota$ νόμον Reges ad observantiam legum fundamentalium cogi possunt per subditos universaliter sumptos, vel per eos qui subditos universos repræsentant, ita ut si ijs satisfacere protervè detrectent, ad judicium trahi & justa pæna ab ijs exigi queat; quia alias leges absque effectu essent. In $\pi\alpha\mu\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\iota\alpha$ verò subditi de facto Regis quærere non possunt, multo minus eos ad judicium vocare, cum per fuerit absurdum inferiorem de superiori judicare posse, neminem enim ejusmodi Reges præter Deum agnoscunt superiorem, ideò judicari à nemine possunt; digna tamen vox est Majestate regnantis, legibus allegatum se principem profiteri, ceu benè Impp. Theod. & Valent. *in l. 4. C. de LL. dixerunt.*

VI.

ICtus Papinianus *l. 7. ff. de jur. & fact. ign.* dicit: juris ignorantiam non prodesse acquirere volentibus, suum verò petentibus non nocere. Hinc quæritur: an qui solvit indebitum ex ignorantia juris, solutum repetat? quod Neoterici communiter negant *per l. 9. C. ad L. Falcid. l. 10. C. de jur. & fact. ign.* Ast contrariam sententiam veriore ac æquiore esse affirmare nihil dubito, *per l. d. 7. vide Wesenb. n. 9. ad tit. de condict. indeb. & ibi Magnif. nostrum Hahn.*

Hahn, Bachov. de act. disp. 4. thes. 17. D. Franz. in Comment. b. 1. n. 30. Nec obst. l. 9. C. ad L. Falcid. quæ propterea prohibet conditionem, quod (1) solvens sciverit se posse retinere Trebellanicam, universon tamen fideicommissum solvit, igitur donasse videtur suam portionem fideicommissario per l. 53. ff. de R. J. & l. 50. ff. de cond. indeb. (2) quæ subsit in ea solutione naturalis obligatio ideo non ob juris ignorantiam, sed ob debitum naturale cessat repetitio. L. 10. C. de jur. & fact. ign. est restringenda ad debitum quod jure civili non debebatur, debebatur autem jure naturali ut in d. l. 9. C. ad L. Falcid.

VII.

Infantes publice expositi, inventi & educati Germ. *Fündlinge* ex benigna interpretatione pro justis & legitimis liberis habendi sunt, ita ut ad honores, dignitates & munera Ecclesiastica & civilia promoveri possint, cum *Gabriele Palaotto in tract. de nobis & spuris c. 63. & c. 20.* strenuo alioquin spuriorum defensore, de cujus honestis natalibus nonnulli dubitant, qui tamen Cardinalitia dignitate cluit, affirmamus.

IIIX.

Olim patribus licebat in casu extremæ necessitatis filios vendere ad servitij præstationem per l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Q. an etiam matri liceat? multi negant, inter quos est *D. Perez. in C. ad d. 1. Contrarium tamen sustinebo.*

IX.

Mulieres ratione dotis in concursu non sunt præferendæ creditoribus expressam & antiquiorem hypothecam habentibus, ne jus semel acquisitum creditoribus contra justitiam auferatur, ita enim favendum est mulieribus, ne exinde quis damnum sentiat. Non obst. l. 12. C. qui potior. in pign. habeantur.

X. Bel-

Bellè Thom. Campanella de Monarch. Hispan. c. 9. coll'igit
 de eo qui ad Rempubl. administrandam ineptus est, quan-
 do dicit: *Non potest Mundum regere, qui Imperium non; nec
 Imperium qui Regnū, nec regnum qui provinciam, nec provinciam
 qui urbem, nec urbem, qui pagum, nec pagum, qui familiam, nec
 familiam, qui unicam domum, nec unicam domum, qui semeti-
 ipsum regere nequit; nec semetipsum regere potest, qui affectiones
 suas in rationis gyrum agere nequit, quod & ipsum nemo facere
 potest, nisi se Dei voluntati submittat.* Huc spectat illud Gal-
 licum: *Celuy qui n'a appris a gouverneur sa maison, a grand
 peine pourra bien gouverner la Republicque.*

TANTVM.

Tri-Vni Gloria.




Helmsedt, Diss., 1662 (1)

ULB Halle

3


004 851 587



TA → OL nur 7 + B Stück verknüpft

VD17







12421.

DISPUTATIO IURIDICA
SELECTAS QVAS
DAM QVÆSTIONES
CONTINENS

15

1662/12

QVAM

Permissu Magnifici in Academia Julia
Ictorum Ordinis

PRAESIDE

IOHANNE GVILIELMO SÖM
MERINGIO Erffurto-Thuringo
U. J. Candid.

Publicæ disquisitioni subjicit

JOHANNES MAURITIUS GUDENUS
Hassus, Respond.

*Habebitur die 5. Iunii horis ante
meridianis*



HELMESTADII,

Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typ.

CIO IDC LXII.